# COSMOS SERAPHICVM

SI IN ELEMENTIS MENTIS EST DIVISUS VISUS,
& gratus ratus.
CUJUS IN COSMOGRAPHIA SI COELUM
tangis eſt ejus inclita--ita--caput--vt facies--acies phenentis-entis; cum hujus non ſint Minervalia--alia caſtra--aſtra:
QUIPPE TOT EST QUOT CACUMEN ACUMEN
vniuſcujuſque in Collemis adimplentis ſuum munus, vt ſua lux ne luceat minus.
AT SI FLAMEN AMEN INCENDIA NUTRIT,
radios ignivomos inſignis ſignis ignis exuflans erit domus Jacob ignis globans.
EXEANT AD OPUS SUUM, SEU OPERATIONEM
ſuam Cœlum, & Elementa Illiberitanum Mundum Seraphicum conflantia, cujus pondus à Jove pendet.

# R^MO. P. N. F^R. JOANNE

## DE LA TORRE,

LECT. JUBIL. PRO REG. CONGRES. DEIPARÆ Concept. Cathol. Majeſt. Theolog. & hujus Familiæ Commiſſ. General. ex cujus digito Paternæ Dexteræ Juno Franciſcana Aurea de Cœlo ſuſpenſa catena, & lapides pedibus alligatos habens pendet, vt ex ipſo elementa pendeant, ipſiuſque, qui Cœlum movet, nutu gubernentur Comitia in Mag. Reg. Granat. S. P. N. Franc. Sacr. Theathro à die 7. Junii. Ann. Dom. 1742.

## EMPATEA RETHRAS

## AD N. Rmum. P. COMMISS. GENER.

EXULTA (1) LAUDIBUS congregatio domus Jehudæ. (2) Lætare nebuloſa filia Sion; quia ad te veniet, & ingredietur poteſtas prima, Turris tu (Rme. P. N.) ipſemet poteſtas prima regnum filiæ Sion. (3) *Exulta, & lauda; quia* jam te capit, dum *magnus in medio tui*, quem tam horme cor tuum capit: (4) *Nomen tuum in deſiderio animæ meæ*; (5) neque aliud quidquam magis erat in votis, quam vt nomen tuum eſſet apud nos, & celebre. Sic tua lætabunda congaudens hepiphonema turba Illiberitana paupercula cum famoſa illa canticorum dilecta voluptate voluptans dulciloquí valet: quod concupivi jam teneo, (6) *tenui eum, nec dimittam*: quia (7) *Turris fortiſsima nomen tuum, ad ipſam currit juſtus, & exaltabitur*: thrincum enim tuum hololampos gyrat charitas, vt thronum holocriſos gerat veritas. (8) *Turris excelſa in media Civitate* Sion, (9) cujus Familia Seraphica, quæ eſt Civitas David,

(1) Verſ. Gald. Pſalm. 47. ℣. 12.
(2) Verſ. Grec. Mich. cap. 4 ℣. 8.
(3) Iſaiæ cap. 12. ℣. 6.
(4) Idem c. 16 ℣. 8.
(5) Sanchez hic.
(6) Cant. c. 8. ℣. 8.
(7) Prov. c. 18 ℣. 10.
(8) Judith. cap 9. ℣. 51.
(9) D. Bonav. in Vit. S. Fráciſci.

mons,

mons, & arx Sion prærruptis ſilicibus pœnitentiæ, *ad quam omnes Principes confugiunt*, vt Amphyctiones conficiant Provinciales. Aperi eja, (10) ecce ſto ad oſtium, & pulſo, (11) vt ingrediatur populus apprehendens juſtitiam, & cuſtodiens pacem: (12) quia in nomine tuo ſperavimus, (13) cum ſit pax in turribus tuis, & tranquilitas in prætoriis tuis. Hæc tuum numen pendit, vt hic tuum nomen pandit, vt tuum nomen impleat, quod tuum nomen ampliet; prout de Maximo epodo drenſabat laconico mœſtum Ponti ingenium:

Maxime, qui claris nomen virtutibus (14) æquas.

Sic tua filia Sion horiſtie tuo nomine firmat, quod cum tuo numine format.

(10) Apoc cap. 3. ℣. 20.
(11) Verſ. Grec. Iſaiæ c. 26. ℣. 1.
(12) Idem ℣. 8.
(13) Verſ. Grec. Pſalm. 121.
(14) Ovid. lib. 2. de Pont. eleg. 3.



EPI-

# EPIGRAMMA

## ACROSTICUM.

I pſa gemunt, Laudes, inhiantia carmina Turr............ I
A ddere: laude rident, flent quoque laude tu.. A
O mnia ſi canerem, canerem cantata; nec opt............ O
T angere, quæ placidè non hic, & ille ferunt. T
A Stra capit Turris vertex: hæc omnia narr............... A
V ertice qui pulſas, qui geris aſtra man........ U
N um taceam? Nè loquar? Ne tuum eſt effabile nome.... N
R etrogradi primò flumina poſſe, reo........... R
N on dicens dico, tua non capit ardua carme............... N
R hetor agit reticens, pluraque mutus amo... R
E ja Cliopropera. Sto hic. Pennas ange; quid in t.......... E
E ſt pœna, & pennæ: fortior illa: tac..........- E
S unt tibi, quæ ſileo, plus Numine, magne Ioanne........... S

Ecce ſicut turris David nimbo gemmata, vt Maro Princeps canebat Poetarum:

Cura datur Meſſappo, (1) & mœnia cingere flammis.

(1) Virg. Enid 9.

Quia

Quia (2) ædificata cum Phanetis,ſeu globulis longe, latte ſummum exornantibus faſtigium, & holum illuminantibus, Iſidis quoquo verſus radiantibus ad inſtar. Hoc Turris Davidicæ encomium de te filiola tua aſcit, & ad præfatum voce euterpis eteris vice convocatis Megerem clamitat: (3) *Domus Jacob venite mecum*, *& ambulemus* in lumine Parentis noſtri: quia ſi (4) Pharus (hebraico ſermone) *Lux*, *& Lucifer*, jam vox tua reſonat in auribus meis: (5) *Ego lux in mundum* veni, vt præeſſem diei; lux enim tua (6) luminare majus (7) gyrans per meri diem hunc Orbem, vt Joannes teſtimonium perhibeas de lumine Oſiridis Phœnicis occidentis in oriente, & cuncta tuo lumine condiens. Quam pulchrè, & acommodatè rem præſentem Cauduccias hoc diſtico deſcripſit.

Ethere Sol radians totum (8) circunſpicit orbem;
Sic Pater ignito lumine cuncta regis.

Accedite (9) ad eum, & illuminamini; quia ſauda ejus lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quippe tenebræ eam non comprehenderunt, (10) *nec faciem ſuam opperuit caligo*, (11) ſed murus ignis in circuitu, vt nemo obſcuretur, ſed vniverſa illuſtret. Mire hæc ſtropha fulgurat in fulgore tuæ phænentis Turris. (12)

Caligo terræ ſcinditur,
Percuſa Solis ſpiculo,
Rebuſque jam color redit
Vultu nitentis ſideris.

Hunc pharum Magi ſequentes ſtellatum Naucleri pericla carinæ Illiberitanæ deſpiciunt, cum hodum inſigniat, portum demonſtret, in rectum ducat,

(2) Flores in c 24. Eccl. ſupr. hunc loc.
(3) Iſaiæ c. 2. ℣. 5.
(4) S. Iſidor. & in lib. 15. c. 2.
(5) Joann. c. 12. ℣. 16.
(6) Gen. c. 1. ℣. 16.
(7) Ecclef. c. 1 ℣. 6.
(8) Cauduc. apud Picin. lib. 1. c 5.
(9) Pſ. 33. ℣. 6
(10) Eſth c. 23. ℣. 17.
(11) Zachar. c. 2. ℣. 5.
(12) Prudent. Cathem... Hymn. Matut.

ducat, & errantes revocet dum (13) dat vitare, dum dat videre.

Exaltabo (1) te (2) nomen tuum publicè collaudando in dedicatione, donec vivam, vt cum ſereniſſimo Philoteo, quaſi ſacratus Amphion dulci modulatione ovare valeam: (3)

Inconcuſſa tuum celebret conſtantia nomen.

Joannes (4) eſt nomen ejus; (5) omnia dixi cum virum dixi: ſi quippe es dicam: omnia per tuum nomé facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, eu, cum Mundus hic Seraphicus factus eſt; nam litterulam I tuum nomen initiantem lemma gemmat: (6) Nihil ſine me. Quid ſi, I, ex, O, deleas? Nihil. (7) Nihil circulus O ectypon orbis: enim vero ſi ſola figura I O præfigas, audi mirifice canentem Joannem Ovvenum: (8)

Addideris vnum nihilo, nihil inde creatur,
Vni addas nihilum, naſcitur inde decas.

Quid omnia, ſi Opifex primus virtute ſua executiva non ſcilicet. In ſacorphago nihileitatis requieſcant. (9) Minima, ſed prima I: ergo ſi I eſt prima cauſa, qua O apographon mundi excitata à ſomno nihileitatis in lucem eſſendi prodit Mundus, & omnia hujus Seraphici Orbis per tui nominis I factus eſt, & ſine I factum eſt nihil. Aſt affectum tibi nudum ſiſto, quo hoc monuſculum in ſingraphum gratitudinis ſacro, dulciloquitur ſic tua Gnata, & humilis poſtulat: (10) *dicatas meritis benignis aſſume.* Idcirco vt laus tua ſit vſque ad fines terræ, hamcine ſub hoc ſchemate latitantem inſpicito ad ovalem figuram pluſquam ad ſphericam declinantem. Nec te latet, globum terraqueum, vt quidam his temporibus ſolertes obſervarunt coſmographi, inſtar ovi plus protendi de polo in polum quàm à ſolis ortu occaſum verſus.

(13) Picin. lib. 16. c. 25.
(1) Pſal. 144. ℣. 1.
(2) S. Auguſt. in hunc Pſ.
(3) Apud Picin. lib. 15. c. 6.
(4) Luc c. 1. ℣. 69.
(5) Cicer. de Nat. Deor.
(6) Picin. lib. 19. c. 7.
(7) Idem c. 10.
(8) Ovven. ap. Picin. lib. 19. c. 10.
(9) Idem c. 7.
(10) Eccleſ.

# ET ALTE SUA LAUS, ET LATE

E
ATA
TLALT
SETLTES
AUSETESUA
ALAUS E SUALA
SUALAU S UALAUS
TESUALAU ALAUSET
ALTESUAL ALAUSETLA
E TALTE SUALAUS ETLAT E
ALTESUAL ALAUSETLA
TESUALAU ALAUSET
SUALAUS UALAUS
ALAUSESUALA
AUSETESUA
SETLTES
TLALT
ATA
E

# ANTELOQUIUM
## AD PROVINCIAM.

REVERTATUR Dominus (ò! alma Parens Liberiæ Provincia, vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis, ſicut gaviſus eſt in Patribus tuis. Sacerdotes enim eu Zorobabel (qui (1) alienus à confuſione) & clare cecinerunt Cantores, & immolaverunt victimas magnas, & lætati ſunt. Lætificatus eſt Judas in Sacerdotibus adſtantibus. (2) Gaudeat Pater tuus, & Mater tua. Dices (3) *quale mihi gaudium erit*? Refert Evangelicus Profetes: (4) propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor juſtus ejus, & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. Gaude gaudio magno demũ, nam actutum Minoriticam Domum novus hilarabit Titan, te vt phos pulchreſens totam ab omni tenebroſitate tutam. Jam, jam Aſcendit Aurora, vt Stigmatico Patriarchæ ajebat Eudæmon, ortuſque (5) eſt ei ſtatim Sol. Si in noſtro horizonte Seraphico, jam aves myſticæ aſtmaticæ altum ſuſpirant, nam dies tieteris ſpirant, & cito erit verum dicere cum diademato Paſtore: (6) Sol cognovit occaſum ſuum, propere (7) orietur, qui in ſapientia manet ſicut Sol: nam ſicut verum eſt, quod (8) oritur Sol, & occidit, coæqualiter verum eſt, quod occidit, & oritur. Occaſum ſequitur ortus, vt (9) à Solis ortu vſque ad occaſum. O! Illiberitana Provincia, ſis Princeps Provinciarum, quam decoloravit Sol. Sic prædicat amoris tui calor: ſic indicat ille pulcher flavus color Malogranati tui, in quo has concorditates

(1) D. Hieronym. in indic. Bibl.

(2) Prov. c. 23 ℣. 25.

(3) Job c. 5. ℣ 12.

(4) Iſai. c. 62. ℣. 5.

(5) Gen. c. 32. ℣. 31.

(6) Pſalm. 103 ℣. 9.

(7) Eccleſ. c. 27. ℣. 12.

(8) Eccleſ. c. 1. ℣. 5.

(9) Pſ 49. ℣. 1.

initas explicat granorum vnitas. Item, pectus apertum amorem (en alius Pelicanus amorabundus.) Denique color flavus charitatem. Et quid corona? An (10) Malogranata ſuper coronam in columnis? Non præeſt in medio cœli obediens Sacerdos magnus, quaſi Sol refulgens? Ergo (11) circa illum corona fratrum. En gratulemur hodie N. Sophia pleniſſimo R. A. P. Fr. Franciſco Truxillo (Sol in occaſu major) ac N. Granat. Provinciæ. Aſt cum panegyri tanta condigni ſitis, vna ſolum lingua nequit vos collaudare ſatis: ideo Poema (vulgo Soneto) latino, ac hiſpanico junctim idiomate filij veſtri latè accinunt. O! vtinam nec dicas: (12) & *os bilingue deteſtor*, quamvis dicas: (13) verba bilinguis qua ſimplicia.

(10) Jerem. c. 52. ℣. 22.
(11) Eccleſiaſt. c. 50 ℣. 13.
(12) Prov. c. 8. ℣. 13.
(13) Ibid. c. 18. ℣. 8.

O! Provincia tu ſola dàs fulgores,
Tu ſola Excelſa, Inclyta, Famoſa,
Docta, Santa, Seraphica, Famoſa,
Sol gyrando beneficos ardores.
Tu debes grandes, vnicos honores,
Correſponde, ò Provincia Religioſa
De Franciſco Truxillo, tan glorioſa,
Explicando veridicos amores.
Canta, eſcrive, divulga gracias tantas,
Quantas acciones notas meritorias:
Si dulces Hymnos numeroſa cantas,
Predicando excelencias tan notorias:
Si dàs amores intimos materna
Provincia de Granada vive eterna.

# PARECHASIS.

Reticeat jam Roma, nec buccinet jactabunda Triumviratu ſuo, Antonii, Octavii, ac Lepidi; qui ſi (1) potentes à ſæculo viri famoſi, vt Gigan

(1) Gen. c. 6. ℣. 4.

Gigan

Gigantes ante diluviem; noſtra Granatenſis Provincia cunctis excellit; nam eſt ſicut terra Promiſſionis. Ecce ad ſtuporem. (2) Et in tres æqualiter partes totam terræ tuæ Provinciam divides. Abrahæ, aut Abaæ noſtro Seraphico; quia (3) Pater multitudinis; quia Pater excelſus vt nuntiarent conceptum, ac partum filii, Riſus totius domus, ac Provinciæ, (4) apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum. Viſitavit Dominus ergo hanc gratioſam Provinciam, (Anna (5) gratioſa interpretatur) & (6) peperit tres filios: filios in quam, qui creverunt in Patres. Sit paradigua. Fons parvus qui crevit in FLUVIUM, (7) & in lucem, ſolemque converſus eſt. Tres ſunt Parentes tui, fortunata Provincia, ò! vtinam ſedeat (8) cito ſapientiſsimus Princeps inter tres. En Provincia Baſtulorum Mater Triumviratum nobilioré: Antonius pro Antonio; quia pius: Chriſtophorus pro Octauio: quia Auguſtus: Franciſcus pro Lepido: quia mitis. Item Provincia dividitur noſtra in tria Regna, Granatenſe, Cordubenſe, Giennenſe, cui conſonat Stagirita dicens: (9) *Tria ſunt omnia, & ipſum ter in omnem partem ſe effundis.* Demum, ſi (10) tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, vni ſunt tres in terra. Perbelle Salomon, aut quiſquis Autor Eccleſiaſtici fuit; (11) in tribus (ait) placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt placita coram Deo, & hominibus. Et quid prius? Quid horum trium excellentius? Jam dicit: concordia Fratrum. Ergo jam non cum illo dicam: tria ſunt dificilia mihi. Aſt cum illo proſequar: (12) & quartum penitus ignoro, ſed non penitus. Quare? Dicam: inter Arithmeticos eſt regula trium (Hiſpanice Regla de tres) Regula aurea: Mater Regularum, in qua tribus cognitis numeris, quartus ignotus ediſſeritur. Quo ingenio? Euclides ſcientia erudita ita. Proportio data inter

(2) Deut.c.19 ℣.3.

(3) In Ind.Bibl.

(4) Gen.c.18. ℣.℣.2.

(5) In Ind.Bibl.

(6) 1.Reg.c.2 ℣.21.

(7) Eſth.c.10. ℣.6.

(8) 2. Reg. c. 23.℣.8.

(9) Ariſt.lib.4 de Cœl. c. 1.

(10) 1.Joan. c. 5.℣.7.

(11) Eccl.c.25. ℣.1.

(12) Prov.c.30 ℣.18.

inter primum, & ſecundum erit inter tertium, & quartum. Aſt cum Apoſtolo dicam: (13) videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem (& cito) facie ad faciem. Iſtis ergo tribus amicis plagati Job: iſtorum trium Magnatorum cantemus odam, & trium puerorum ſimul cantemus hymnum.

(13) 1. ad Corinth. c. 13. ℣. 12.

Angeli jucunditate
Nives, frigus, maria, fontes,
Terra, gelu, glacies, montes,
Omnes ſpiritus laudate.
Noctes, dies, æſtas, æſtus,
Ignis gaudens vi præſtãtia,
Univerſa germinantia,
Stellæ, cunctis dies feſtus.
Cœli cantate melos
Humiles corde, atque ſancti
Roſque Margariti tanti,
Imber, aquæ ſuper cœlos.
Sol, Lux, Luna hymnũ dicite
Tenebræ Domini nomini,
Omniaque opera Domini

Fluminaque benedicite.
Omnia, q̃ in aquis movẽtur
Rores, & pruina ita,
Virtutes, fulgura ignita,
Spirituſque gratulentur.
Filii hominum laudate,
Religioſi gratulatio,
Animæ juſtorum late,
Nubes tribus laudes date,
Colles, cunctis exultatio.
Iſrael Cætus canonici
Servi Domini ex his dicite
Cete magna maris Jonici
Volucres cantus harmonici
Sacerdotes BENEDICITE

# ISAGOGE.

IN principio (1) creavit Deus cœlum, & terram. Aquila (2) in Capitulo creavit Mundum nempe, Cœlum, & Elementa, vt tangit (3) Seraphica Lyra. Mundus cujus anima Deus dedens illi eſſe, ſaue intellecto Virgilio. (4)

Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Doctas fabulas ſequti (tropologico ſenſu) quando Comi-

(1) Gen. c. 1. ℣. 1.

(2) Apud N. Haye hic.

(3) N. Lyra hic, & in Proemio.

(4) Virgil. apud Primicias Evangelic. ſerm. 21. §. 2

Comitia depingimus, primo demiremur Cœlum, & Elementa in Franciſciadum Sinhodio mittere coronas ante thronum. Ante Athæneum, inquam, opere fatentes, Granat. Provinc. eſſe Provinciarum coronam. Singillatim coronæ aſpiciantur. Cœlum ſub nomine Vranaii (5) imperavit triginta duobus annis. Ignis elementaris aut (6) Jupiter, aut Vulcanus, & vterque diademate inſignitus. Aer Eolus Rex, (7) ait Mantuanus: *Rex Eolus:: ſceptra tenens.* Aqua, quę Neptunus, de quo Eſtatius canit:

Cœruleum Regem tauro veneratur avumque.

Terra tandem, quæ Veſta, ac alma Parens nuncupata, habuit coronam multiplicem, aut (8) tenens turres ſupra coronam. Nonne Rmo. P. N. Comiſſ. Gener. eſt Apellativum TORRE? Nonne etiam Malogranatum noſtrum (vt in ſigillo Provinciæ patet) corona finit? Ergo Rmus. P. N. eſt ſupra noſtras coronas: ſuper capita noſtra: Turris ſupra coronam Granatenſem. Sed adhuc perſiſto, ò! Provincia ditis in donis tibi datis ab Elementis, & à Cœlo: quare ſupra omnes te colo? Terra campos Eliſeos ac Paradiſi flores affert: Aqua margaritas, coralia, ac conchos offert: Aer aves, halitus, ſonitus, ac muſicas dicat: ſignis tantum amoris ardores ducat: Cœlum Stellas, Planetas, ac militiam cœlectem metat: totus que denique Mundus ſuam pulchritudinem ad Granatam mittat. Eja alma Parens: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Regale Templum S. Franciſci magnum locupletius Elemiade, vbi templum locuplex valde (9) inquit Machabeorum liber. Sed quid ſapientia locupletius (10) interrogat ſapiens? Tu Domine hanc vnicam dilectam Provinciam Oratoribus ſapientiſsimis multiplicaſti locupletare eam.

Etſi

(5) Euſeb. Ceſar. lib. de Theolog. Phæn.

(6) Diodor. Sicul. lib. 1. rer. antiquart

(7) Virg. lib. Eneid.

(8) Eſtat. ap. Moya Filoſ. ſerect. lib. 3. c. 2.

(9) 1. Mach. c. 6. ℣. 2.

(10) Sapient. c. 8. ℣. 5.

E ſi iſta eſt vnicè coronata, coronataque ſunt Elementa, ac Cœlum, deſcendant jam in paleſtram Cœlum, & Elementa, vt natura eis præbuit locum ac Naſon ex Geneſi tranſcribit in Metamorphoſim.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia Cœlum
Ignea convexi vi, & ſine pondere Cœli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi levitate, locoque
Denſior his Tellus, Elementaque grandia traxit,
Et preſſa eſt gravitate ſui: circumfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidumque coercuit Orbem.

# COELUM.

SEraphici jam tantente Serapidis valvas, vox tubæ in auribus garrit: (1) *Aſcende Cœlum*, vt à ſummo Cœlo egreſsio tam phæmide, quam megiſtru Megeris. (2) Pars ſuperior mundi Cœlum juxta ſemper, & non ſat laudatum Cordubenſe ingenium: (3) caput inter elementa appophoret Ambroſius: ergo vt à bono capite incipiamns actiones, & electiones phænentis tanti Comitii, (4) *gyrabo cœlum in circuitu gloriæ* Illibatæ Theotocos, quæ Primas eſt Terapiæ Franciſcadum, & ſui Orbis ſacrati (5) Cœlum non commaculatum, quippe non intravit in illam aliquod coinquinatum, ſed holum phænos à lycopo ſuo gnophoſam aberrens primævam noctem; nam nec in cælo nox locum habet ſtellis vndique corruſco, quod gnoma Mundus ſymbolicus ornat: (6) citra vmbram: qui (7) *tota pulchra, & macula non eſt in te, nec viciſsitudinis obumbratio*. Quam perface plane plene plodit rem præſentem Joannes Geometra, dum nectarium corpus ſacratiſsimum ſalvificat: (8)

Salve

(1) Haye in 4. Apoc. ℣. 1
(2) Senec. 3. de Ira c. 6.
(3) Ambroſ. lib. 6. de Heraem. c. 5.
(4) Eccleſiaſt. c. 43. ℣. 13
(5) S. Athan. in Deſcript. S.M. & S. Joſeph.
(6) Picin. lib. 1. c. 1.
(7) Ambroſ. Anſbert. cit. à Picin. vt ſup.
(8) Joann. Geom. hymn. 3.

Salve mille occulis, Pole prædite, ſidera circum
Solem clara gerens innumeras charites
Salve ter radians Polus, & circum æthera pandens
Immenſum, & nitidum, nec tenebras capiens.

Non hic abeam, quin premam Petrum Damianum Paulinam ſententiam peplo à ſuo hemiſtichio indutæ adſcribentem: (9) *Conſidera, & quæ in cœlis in Maria re fabricata.* Nonne gyrum cœli circuivit ſola omnē cœleſtium corporum ambitum circumplectens, ſua immenſitate continens, & concludens, ac intra ſe comprehendens: (10) *Suſpice cœlum, & intuere* Mariam Cœlum cœli, cujus (11) *ad formationem natura accedit cum ancillis ſuis, quæ ſunt influentiæ, & cauſæ naturales ſe offerens*, & condiens (12) cœlum vivum ipſis cœlis ſatius, quod (13) nec in nubem cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, ſed (14) *cœlum ſplendidum incompræhenſum cœlis.* Nihil extra (15) oedipo quadrat: omnes enim cœleſtes orbes intra Planiſpherium Illibatū Marianum diſtinctum corruſciferis luminibus philaſcunt; impletum orbe ſoli nempe, (16) *qui Divinæ lucis cognitionem faciat*: lunæ, quæ inter omnes micat; quia ſi omnes moriemini; non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt, dum pulchra vt luna-vna es amica mea, & ſola ſine labe ave gratia plena. Aſt Aſteriſmi non defuerunt inſigniores ab hoc cœlo: Arturus ſcilicet, qui Plauſtrum dicitur cœleſte, cœleſtibus onuſtum opibus, omnes affert, & conceptæ Pandoræ non myticæ, ſed vere Marianæ offert. Hercules cum cum draconc colluctans, vt Herculea Heroina lucta præſeferens cum Tartareo-Reo, quamvis non convicto-victo adriola ſit emerita ita, ac agoniſmate digna. Draco totus cœleſtis, qui cœleſtem conceptæ puellæ victoriam de ſtygio

(9) Petr. Damian. in ſer. de Aſſumpt.
(10) Job cap. 35. ℣. 5.
(11) Gerſon 4. part. ſerm. de Concep
(12) Damaſc. 1 orat. de V Nativ.
(13) Senec. vt ſup
(14) S. Epiph. orat. de Deip.
(15) Picin. vt ſup
(16) S. Bernard. ſerm. de S. M.

præludit. Aſclepius ſtellis ſoleatus ſerpentem facie ad faciem ſpeculans, vt (17) Mater immaculata, ſignum magnum appareat in cœlo, quæ neque perſuaſione ſerpentis decepta eſt, nec ejus afflatibus venenoſis infecta. Corona eſt novem compacta ſplendidiſsimis ſtellis, quæ Victricis hujus Bellonæ capiti concinnata virginea ambivit tempora. Lyra ad mirificum eformata conceptum, atque ad epinicion virgini canendum attemperata. At ſi numerari non poſſunt ſtellæ cœli, ab eis tropoo, & ad Thiaſum converto ſciſcitans: (18) *Quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere*, vt (19) annuntiet laud tiones tuas in portis filiæ Sion? Cujus nomen nos in program. ducit: SALVATORE CARRILLO, quod in anagram. dicit. ILLE ORATOR CLARUS aſcendet cœlum, qui vt STELLA LYRA DULCIS SPORAT ORARE, ORO: SOLA ADSIT SOL ALTARI PROCUL ERRORE: quod in duplici anagram. legitur: Pater SALVATOR CARRILLO DE LOS RIOS, Pericles inter Oratores epaphroditiſsimus, qui corruſcationes vice vocis effundens, vt firmamentum annuntiabit: ſignum (20) magnum cœli, Mulier ſcilicet, amicta ſole, luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim: quia tenebræ eam non compræhenderunt.

(17) Eccleſiæ in offic. Franc. Concep.

(18) Deut c. 30. ℣. 12.

(19) Pſalm. 9. ℣. 15.

(20) Apoc. c. 12. ℣. 1.

*R. P. Fr. SALVATOR CARRILLO de los Rios, Concionator tibia famæ notus, Diſſinitorque actualis. Die 7. Jun.*

Manè.

VES-

# VESPERE.

CUJUS non oculos reptatus ſerpentis offendit? Cujus aſpectum non torquet? Cujus non concutit viſcera, & vitam abrumpit? *Regebat prius* (modulante Ruperto) *vt nunc omne hujus ſpeciei, vel generis animal. Sed reptatus ejus nullum haberet horrorem, ſi non illo ad mortem hominis ejus Domini Diabolus vſus fuiſſet.* Virus igitur evomit in vidus Draco, quo totum pulverem adamiticũ polluit ruentem morſu. Aſt quibit ſic fortiter agitare, ventilareque ſerpentis ſibilum qualitatem morbidam, vt propulſare contendat necdum Cœli limina? Venenum ſpuas olympum verſus. Non faceſsit negotium. In vultum tuum ſputum retro volvendum. Quin olympi quatias nec calcem. Crocites Draco. Sibiles repens inter fætida Protoparentis fruſta. Ne tua virulenta vox erit pulſatura Mariani Cœli criſtam? Nè non faſtigium tantum ſcandere conans langueſcet ſibilum? Acuas inſcrutatum collum, caudam ludas ſquallidam onuſtam ſpiris: nec cenſeas, inſolentem halitum aut tantillùm concuſſurum inſontem Feminam; quippè quæ vti cœlum ſuaptæ vi rapiens aſtrorum inoffenſam phalangem eſt peregrinarum impreſsionem expers. Forſitan fingas ipſammet pulverem: nec adhuc tuum illud ventoſum verbum: *Eritis ſicut Dii*, officit, cum pulvis ad Olympi Vorticem evectum ventorum ſubterfugiat quantumvis elatorum ſuſurrum Rarum quid, paradoxum abſdubio Marianum Cœlum: nec in hoccine inventus eſt locus morali rugæ, porro Cœlum extendit ſicut pellem ſupernus opifex, vt ex regio didicimus Aruſpice.

Rupert. l. 1 in Gen. c. 56.

Gen. 3.

Pſalm. 103.

Audias, obſecro. AVT GRATIOR N. JOANNES PERORAS, SONET ORATIO, RUGA ESSE NON POTEST IN N. RARA, queis litteris bino anagram. aliter combinatis ita dices: PATER JOANNES ANTONIUS TORREGROSA, qui groſa turris, ex qua millè Clypei pendent, proximè exaratam ſuſtinebit theſidem (Nec illum latet apprimè verſatum in Philoſophis, Cœlum fore quorumdam placito ab intrinſeco incorruptibile, & altero rum ſaltem ab extrinſeco) *Ab inſtanti ſuæ immaculatæ Conceptionis fuit Deipara ſacratiſsima ſic confirmata in gratia, vt reddita fuerit impeccabilis tam moraliter ab intrinſeco, quàm phiſicè ab extrinſeco.*

Quam ad vlnas Mariani cœli peccati morte, in quo omnes in Adam peccaverunt, inacceſsi, vt obſequium volitatentem mittit.

*P. Fr. GABRIEL BAENA*
*habitual Artium Moderator Dedalius,*
*& in Corduv. Conv. Scholaſticorum*
*Magiſter.*

AVE TU SI ANI TUTA MATUTINA IS UT EVA

A V E T U S I A I S U T E V A
V E T U S I A N A I S U T E V
E T U S I A N I N A I S U T E
T U S I A N I T I N A I S U T
U S I A N I T U T I N A I S U
S I A N I T U T U T I N A I S
I A N I T U T A T U T I N A I
A N I T U T A M A T U T I N A
I A N I T U T A T U T I N A I
S I A N I T U T U T I N A I S
U S I A N I T U T I N A I S U
T U S I A N I T I N A I S U T
E T U S I A N I N A I S U T E
V E T U S I A N A I S U T E V
A V E T U S I A I S U T E V A

*MINERVALI IN CERTAMINE PALMA obtinebitur à facie inimici, dum præeſt Lucius Marius ſplendore velatus, vt à capite eruptis flammis volutus R. P. Fr. JOANNES ANTONIUS TORREGROSA, lauro Jubilationis coronatus, & in Regali Corduv. Conv. decoratus Præſulatus honore, die 7. Junii. Veſpere.*

IGNIS

# IGNIS PRIMUM ELEMENTUM.

(1) P.Marian. in 1.c.Gen.

FIat lux (1) & factus eſt ignis eadem cum polymixos indiviſibilis entitas:ideo longe à nobis fecit Opifex Eneph Supremus mercoroſcopum pyron, dum ſingula ſingulis Elementis accommodans loca, encauſto contiguum primo cœlo habitaculum ſignat. (2)

(2) Manil. 5 2.

Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras,
Summaque complexus ſtellantis culmina cœli.

(3) P.Flores in 24. Eccleſ. part. 3. ℣. 17

(4) Pier. lib. 1. Hierogl. hom.

Vt quæ Deus conjunxit in initio viarum ſuarum ad invicem non ſint ſeparatæ. Apolectos icon philentis gemini Parentis noſtri indiſolubilitatis (3) Barac Dominici, cujus immodico ſplendore totus irradiatur orbis, Seraph, & ignis Franciſci, cui, ſi cœleſtis pyr, (aſciente Pierio) (4) claudicans dum finditur terreſtris, vt niſi in baculo innixus ſuſtentari non poſſet, ſe ipſum tuetur, amuſſatim ethereus vt ſpectaculo naturæ inſolito adhuc in necretapho ſub mortis cinere deliteſcenti adaptatur, dum aſtans abs baculo ſpeculatur. Tanta in arce ablevatus ignis Dominicus cum corruſcāte globo Franciſci rotat orbis ſepimentum, vt ad literam adimpleretur de pirodeduali, & vno Parente vaticinatum per Pſalmographum: (5) *non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.* Sub ergo ignis (6) nullo pondere præditi, ab omnique motu deorſum liberi typo Heroem ſpiritualem ſubſcripto lemmate ſuſpicatur ſymbolicus; (7) deorſum nunquam, vigor omnis in altum: quod profari mihi liceat, quadrat Parenti duplici panagyos alternanti mutuo, & inter ſe colloquenti: (8) *converſatio noſtra in cœlis eſt.* (9)

(5) Pſalm. 18. ℣. 7.

(6) Ariſt. lib. 4 de Cœl. c. 2.

(7) Picin. lib. 2. c. 2.

(8) Ad Philip. c. 3. ℣. 20.

Igneus eſt nobis vigor, & cœleſtis origo.

(9) Apud Picin. vt ſup.

Si vero rimetur Divinæ Providentiæ arcanū inter cæleſtem, & humanam naturam cur medium

pyr

pyr ita obtineat? Protinus ediſerat ſupraſcriptus Pierius, vt (10) merito internuncius, & Dei, & hominis mediator aſtet. Ocyſsime gemini Parentis Cherub Vriel Domiuici (11) Dei ignis, & Seraph ab igne vocati Franciſci, qui Omnipotentis Jovis trigonos in orbem pyrobolos lancinantis, vt iris (12) Vnus, & multiplex, cujus cacumen cœlum tangebat, iras comprimebant encauſtis alii terram decultantes, diſertum apograpæon intueor, & iis drenſari valeo: (13)

Frammarum vallo naturæ mœnia fecit.

Hic altius verò cum Vaſe electionis igne charitatis encauſti hi affari vallent: (14) *Quis autem nos ſeparabit à charitate Dei*? Dum *ignis* (15) *qui in vnum quæſunt ſimilia congregat* nos anocollaavit. Si igitur (16) *de ipſo igne mira quis explicet*? Phæbus percontatur Doctorum. Quis orabit vt Menipus Stratonienſis de Anthracite Cherubico igneo, & candido, velut nive cooperta ætna, quam gemmat lemma: (17) Niveo ſub tegmine flamma, & lychnite Seraphico purpureo robore, & ignivomo flagrante? EN PARET SE IN FANO ARDENS. Qucis in anagram. volutis literis ita leges: PATER JOANNES FERNANDES, qui non vt Empedocles, qui (18) in ardentis ætnę ſpecum intempeſta nocte ſe conjecit, vt cum repente non apparuiſſet, abiſſe ad Deos crederetur; ſed vt Azarias apperiens os ſuum in medio ignis oret: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, quos elegiſti in charitate non ficta, ſed ignem tui amoris accendiſti in cordibus ſuis.

(10) Picin lib. 49.
(11) Lorin. ſup. 103. ℣. 4.
(12) Picin. lib. 2. c. 18.
(13) Manil. 52.
(14) Ad Rom. c. 8. ℣. 35.
(15) Dioniſ. Areop. de Cœl. Hier c. 15.
(16) S. Aug. lib. 21. de Civit. Dei c. 4.
(17) Picin. lib. 2. c. 32.
(18) Horat. in Art.

*R. P. Fr. JOANNES FERNANDEZ,*
*Ex-Lect. Philoſ. Prædic. Gener. & ad Comitia Generalia actualis Cuſtodum Cuſtos. die 8. Jun.* Manè.

VES-

# VESPERE.

ETſi plures hujus tempeſtatis ſtrenui Philoſophi, quorum ſchemati rationum pondere gravati ſponte interno in foro acquieſcimus, ſphæram igneam Lunari vicinam orbi figmentum putent Ariſtoteliſmi, nobis vero ab incunabulis degentibus in peripato placet in externo foro, non deturpandum Vulcanum torridum, quippè qui bona fide tot ſæculis elevatum thronum poſſedit, videtur per vſucapionem feciſſe ſuum. Ergo ſiſtat bona in pace, nec ipſum nunc temporis ſplendorem ſuo orbandum fas eſt. Erit nè in tanto cacumine locatus ignis D. Petri ſymbolum? Cœleſtes valvas pulſat Cephas, vt quidquid Papa ſuper terram ſolvat vigente dubio, ſtipuletur ſuprà, ſolutum detur approbante cœlo. Ergo ſi ignis præ altitudine ſua olympicas tangit januas, ſummo Eccleſiæ Capiti quadrat prorſus; & ſat eſt ad allegoriam. Et ne, ſi plura cupis, corde in illo fogoſo ſpirante flammarum ſemel arripiente gladium, vt Clientis ſecaret auriculam, vitam proſternere, procacitatem ſtrangulare volendo, vtraque ob ſedandū ſui ardoris pruritum, non negaturum Magiſtrum ſtabiliente votis, quantumvis mors torvum Numen irritato brachio minitaretur falcem, ignem prædominantem vti in alto foco non proſpicis? Ideo merito, ſi cacumen ſupremæ poteſtatis in igne elementari latentis Cœlum Euchariſticum tangat, indagare conatus, Theologica ſciſcitatur contentione PATER FRANCISCUS BUENOS VINOS, quod in anagverſum procemiolum inquiſitionis init. SUCCESSOR PETRI IN FANO SUB VNA ſpecie tantum

an

an poſsit diſpenſare, vt conſecretur, ſuppoſita in aliquo regno carentia vini de vite, vel panis triticei. Etſi primo vultu ſacrificii incruenti integritas jure Divino ſtabilita videatur irreſcindibilis, nihilominus hunccine, alteroſque emergentes Gordianos nodos Alexander Magnus in ſapientia ſui ingenii gladio vtraque parte acuto rumpit, & adamuſsim ſolvit: ita reſolvens media in lite: *Suppoſita in aliquo regno vera carentia vnius ſpeciei, poteſt Summus Pontifex diſpenſare latè, vt conſecretur ſub vnica ſpecie.* Quam Theſidem Sacris Parentibus Charis Dominico, & Franciſco, quorum priſcum gluten tempus ſurda lima etiam rodens ſolidiora metalla, non momordit, ſerena fronte dicat, qui vtî Tonans ad raptum Europæ in Taurum verſus, auſcultantes rapiet, certantibuſque frontem faciet.

***

*P. Fr. JOANNES BAQUERO olim Philoſoph. Lect. & in Regia Capitulari domo Theologiæ Sacræ navantum operam Magiſter.*

S
S U S
S U M U S
S U M U M U S
S U M U S U M U S
F A R E S S U M U S F S U M U S S E R A F
S A S
S U R U S
S U M E M U S
S U M U S U M U S
S U M U S S S U M U S
S U M U S S E S S U M U S
S U M U S S E R E S S U M U S
S U M U S S E R A R E S S U M U S
F A R E S S E R A F A R E S S E R A F
S U M U S S E R A R E S S U M U S
S U M U S S E R E S S U M U S
S U M U S S E S S U M U S
S U M U S S S U M U S
S U M U S U M U S
S U M E M U S
S U R U S
S A S
T
S
U

Continuo phænens ſuMus unus, & ignis in Aura.
SUS
S

*PRÆERIT DIEI MONOMACHIÆ*
*ſtellarum luminare majus noctem repellens longius, ut*
*dies repollens largius manè, & veſperè fiat dies*
*egregius R.P.Fr. FRANCISCUS LOPEZ*
*BUENOS VINOS, Lect. Jub. Gran.*
*Licei Anteſignanus. Die 8.*
*Jun.* Veſp.

AER

# AER SECUNDUM ELEMENTUM.

## DIES ELECTIONIS

### IX. JUNIJ.

VOlavit (1) ſuper pennas ventorum(2)hæc dies, quam fecit (Dominus, vt exultemus, & lætemur in ea. Non corſitam ni fallor, ſuper diem electionis ceciderit ſors philologiæ aeris cum cognomen aſpirabilis naturæ aſſumit Spiritus Domini (3) qui ferebatur ſuper aquas. Hoc Numen pyrodis amoris, non vt mythicus Eolus, *aſcendit ſuper Cherubin, & volavit, volavit ſuper pennas ventorum*, vt ſic actiones, & electiones noſtras aſpirando, ad literam adimpleatur; cum complerentur prædefiniti dies, erant omnes Vocales convocati pariter in eodem loco, (4) & factus eſt repente de cœlo ſonus tamquam advenientis ſpiritus vehementis. Cum ergo ventus (5) à veniendo dicatur, vt veniat in adjutorium populo Dei Ventus, propulſatis diſcordiæ nubilis, qui ſerenam cœliferæ pacis frontem explicat, & hora amica, ac ſerena voluptate perfundens, toto Orbe Seraphico in pace compoſito, vt deſignetur Pater futuri ſæculi, ſic voce cordis vice Granatenſis Thiaſus reverenter accinit.

(1) Pſalm. 17. ℣. 11.
(2) Pſal. 117. ℣. 24.
(3) Gen cap. 1 ℣. 2.
(4) Act. c. 2.
(5) Ariſt. lib. 3 Meteor.

Aura leni ad nos veni
Nunc Sancte nobis Spiritus,
Qui es eſſentia, atque potentia
Vnum Patri cum Filio.
Sacer Zoſter ſit jam noſter:
Dignare promptus ingeri
Efficatia; tua gratia
Noſtro refuſus pectori.

Gratiis novis ſunt jam nobis
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor
Hæc Comitia cum lætitia
Confeſsionem perſonent.
Dona duo: igne tuo
Fameſcat igne Charitas,
Cunctis horis: ac amoris
Accendat ardor proximos.

Hoc ergo lucis vento proſpera benefida ſurge Illiberitana Provincia; quia cito veniet lumen tuum, Dynaſta, qui illuminabit mentes omnium, vt lumen, (6) & gloria ejus in te videbitur: dum homo, & homo eſt Pater naſciturus in te conſultus inter mille cum melle ſapientiæ flumen per Divinum flamen. Sic videtur de hac electione profari accinens Maro: (7)

(6) Iſai. c. 60. ℣. 1.

(7) Virg. de Viro bono.

Vir bonus, & ſapiens, qualem vix repellit vllum
Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo.

Eja ergo: læva in circũ tu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi clamantes, & dicentes: (8) *oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis*, vt (9) vox exultationis, & ſalutis reſonet in tabernaculis, ſeu (10) congregatione Electorum. Cur igitur lætitia tanta, & lætabunda in creatione Parentis N. Reſponſum accipiat mens anxietatis gravida huic electioni executæ deſurſum liquidius à Lorino aſsimilatum: (11) *Iſta exultationis ac lætitiæ vox in die, quam fecerit Dominus, hoc eſt, inſignem reddiderit, & illuſtrem Davidis in Regem creatione, vt proſperum cuncti præcentur Davidi, Regnoque ipſius, ac fœlicem exitum, pariterque benedictum optent à Domino eſſe, & ab omnibus benedici, ac prædicari, qui venerit ab illo, Rex datuſque Divinitus fuerit.* Cecidit ſors ſuper Mathiam (12) Jonatum à Domino, vel Donum Dei: quia vocatur ad thronum, faſtigium, & regi-

(8) Joan. c. 14. ℣. 8.

(9) Pſal. 117. ℣. 15.

(10) Lorin. hic.

(11) Idem. ℣. 7.

(12) Beda Gloſſ. Ordin.

regina ... , qui (13) affatim eſt aflatus de theſauris Divini flatus, qui (14) *producit ventum tanquam Dominum ejus*. Dicam nunc (Religioſi 15) qui timent Dominum (16) Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: (17) benedictus, qui venit in nomine Domini: (18) à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris, (19) veluti omnino eximium opus electionis. Tot alacritatis ſignis lætabundus conſurgens Illiberitanus Cætus epigramma in titulum erexit Mæcenatis electi Panarctos: (20)

Quæ ſparguntur in omnes
In te mixta fluunt, & quæ diviſa beatos
Efficiunt collecta tenes.

Vale, & vive Phœniciter, vt fœliciter faveas, fave fœliciter vt Phœniciter vivas.

(13) Andræas Ceſar. in Apoc. c. 66
(14) Lorin. in Pſal. 134. ℣. 7.
(15) Lyra hic.
(16) Pſalm. 47. ℣ 8.
(17) Pſal. 117. ℣. 24.
(18) ℣. 22.
(19) Lorin. hic.
(20) Claud. Paneg. 1. de Laud. Stil.

## AQUA TERTIUM ELEMENTUM.

INter omnia ſuperius Elementum (1) elementa elementis imperans, in quæ nullum potentia majus, in gratiis vel nullum latius diſpenſandis, adeſt Lympha ſuper cœlum aſcendens, veluti Baſiliſſa anadamatè virtutis ſerta, palioque juſtitiæ condecorata. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cœlo ſtantibus? Non admiratione captus, ſed ab ea Plinius percontat ſolutus, cum autumans ita affatur: (2) *At ille ceu parum ſit ad tantam arcem pervenire, rapiunt eò ſecum piſcium examina; portantes aliena pondera: eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt.* Apolectos apographon Eparci novi Provinciæ noſtræ epaphroditi ſic nimbiferum Elementum provere, vt inconcuſum linquo. Hic, ſi (3) aqua iſos dicta (teſte Iſidoro) eo quod æqualis ſit ſuperficies ejus, & (4) *æqualitate ſtante ſtet juſtitiæ opus*; merito cum Pſalte Regio, vt aqua ſuperior ſuper firmamentum

Illi-

(1) Plin. lib. 31 c. 1.
(2) Idem vt ſup.
(3) S. Iſid. lib. 13. Etym. c. 12.
(4) D. Thom. 8. Ethic. lib 7.

(5) Pſalm. 16. ℣. 15. Illiberitanæ Prov. ſecundum effuſam ſuper nos aquã mundam Spiritus S. colocata drenſare valebit: (5) *Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo*, (6) (6) Pſ. 10. ℣. 8. *dum equitatem vidit vultus meus.* Vnde ſi referre (7) Cicer. 1. Offic. gratias (7) (aſcit Cicero) ad juſtitiam pertinere videtur, obtanti, & juſti Parentis à Deo collatum donũ, (8) Iſai. c. 12. ℣. 3. die iſta, non craſtina (8) haurietis in gaudio aquas de fontibus actionis gratiarum: (9) *quia oportet regratiari, & qui gratiam facit.* Inſpice, & fac ſecun- (9) Ariſt. 1. Ethic. dum exemplar, quod tibi in terra Cananea monſtratum eſt: hanc promitente Domino Abrahamo, ſtatim ille grato animo (10) *altare fecit ad gratias referendas*: quia gratior ſine mora gratia, dum ingrata tar- (10) Abulenſ. in 12. Gen. quæſt. 28. da. Eleganter epodo grato Auſonius drenſat: (11) Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia namque cum fieri properat, gratia grata magis.

(11) Apud Joſep Lang. verb. Grat. Sumes non minus gratum exemplum in duobus lapidibus onichynis, quos portavit Aaron ſupra vtrumque humerum (12) ob recordationem, lapides (12) Exod. c. 28. ℣. 12. memoriæ hebraico ſermone dicti ſunt, vt Sacerdos quocumque ſe verteret beneficia à Deo colata congerer, & debitas referat gratias: (13) *Quis autem Deo* (13) S. Auguſt. Serm. 12. de Diverſ. c. 4. *aget?* Cum Eceleſiæ Phœbo Doctorum percontor. Ego Joannes (14) audivi, Angelum aquarum gratias (15) agere, & dicere: juſtus es Domine; quia ſine acceptione perſonarum hæc omnia judicaſti. Cum (14) Apoc. 16. ℣. 5. igitur Alapide ſentiat: (16) quod Angelus Barachiel nos ad Dei benedictionem, & gratiarum actionem impellit, ſi benedictio Dei Barachiel interpretatur: (15) Haye hic. ideo merito gratulatorium obire munus perface venit ad Didacum, ſeu Jacob benedictio Dei, qui ſa- (16) Alap. Apoc c. 1. pientia plenus, (17) *negamus enim quemquam ſcire gratiam referre, niſi ſapientem*, vt Angelus, & aqua- (17) Senec. ad Luc. Epiſt. 28. rum elevabit vocem ſuam coram Deo Trigono, & Vno, cujus typus ineffabilis inſcriptus luculenta in

aquæ

aquæ lepiditate conſpicitur, vt (18) à Lorino nota- (18) Lorin. Pſ. 92. ℣. 4.
tur. In laudem aſt, & honorem Supremæ Triados, novum hominem, & in gloriam hujus, conſilio ſuo factum in hoc Paradiſo (19) ſeu Capitulo, vbi plures congregantur in vnum, donantis, drenſabit Theicius carmine litera, P, ducente, quæ eſt elementum Patris, aquo procedit Filius, & ab vtroque Spiritus Paraclitus, P. Fr. Didacus de Caſtro, in Veſpertina Cathedra Panegyris Capitularis Ariſto ſubtiliſsimus.

(19) Vide Gran Parad. n. 7

## DIE 10. JUNII. MANè.

Plode Plodentem Præſule,
Panagyos Punctis, Patrem,
Pamperculis Parentis Pauperis
Panarctos Poetheta Prompto.
Phogon Polimyxos Patris
Panegyris Partum, Patrem
Per Præſtitum Provinciæ.
Proflatum Promiſſum Patris
Paraclitum, Pervigilem,
Proflantem Polyos Patrem
Plode Puſillis Pneumatis.

# VESPERE.

NOndum in orbis molitione machinæ lymphatum exiſtentiam executiva virtute illa Eneph Divinus Opifex extraxerat, quando (1) *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ve phænentis creaturæ cum (2) *aqua, ſuper quam Dei Spiritus ferebatur in luce erat omnino*. Cum ergo prius nominetur Spiritus S. ejuſque circumglobans pæænat lux, quam aquarũ nomen

(1) Gen. c. 1. ℣. 2.

(2) S. Greg Niſen. Hom 15 in Cant

nomen aures feriat; ideo merito gnophoſa non, phæmida hola ſi, ve à primævo hemiſtichio phænos præſentia beante (3) currit aqua Virgo ſub delectatione puriſsima lucis, qua Pſaltes Regius autumat: (4) *In lumine tuo videbimus lumen tuum.* In hoc fulgore beante aquam pellucidam ab origine ſuo aiens ejus Prothocapellanus prædicabit Theotocos: (5) *Dies, in qua inchoata eſt Mariæ Nativitas beata pronunciatur, & colitur religioſe ſatis:* cui per face quadrat admiratione plenus, quod voce cœleſtis naturæ ſciſcitatur Ambroſius: (6) quænam hæc eſt proſpiciens tanquam diluculum? M. V. quæ vix concepta facie ad faciem Deum intuens, vt aqua luce D. Spiritus præventa viſione fruitur beata. Diſertius vero reſonat (7) vox aquæ vitæ fluvii ſplendidi procedentis de ſede Dei, & agni; vbi vates ille Pathmeus (8) Horidi Ildefonſi eloquio tonante, ſpeculatur procedentem veluti à Deo à primævo ſuæ Conceptionis inſtanti, (9) torrente voluptatis ſuæ eam potante; *nam emanatio eſt* (10) *quædam claritatis Omnipotentis Dei ſincera.* De throno Dei procedit vt fluvius aquæ vitæ, quia nunquam maledictæ, quæ in conſpectu ſedis tanquam mare, vbi flumina intrant beatitudinis, reſidet. An igitur hæc optima pars, quam Maria elegit, auferatur ab ea in via, anxietas eſt, quæ ingenia Theologorum torſit, & diviſit, ſuffragantibus hac, & illac teſtimoniis Scripturarum, & S. S. P. P. Vbi ſi Arabico ſermone legas: *Fluvium purum aquæ vitæ rutilantem, vt adamantem defluentem,* cum beatitudo fluvio conferatur (11) juxta dogma Pariſienſis Haye eruditione præditi; quia omnem ſitim, omneque deſiderium Beatorum expiet, & ſatiat, eoſque ineffabili voluptate perfundit, & inebriat, permanentem, & ſtabiliſsimam beatitudinem in adamantem perſignatam cum curſu fluvii Mariæ à primævo

(3) Caſiod. lib. 8. Var. Epiſt. 6.

(4) Pſalm. 35. ℣. 10.

(5) S. Ildef. lib. de Part. V.

(6) S. Ambroſ. 4. Hexamer. c. 8.

(7) Apoc. c. 22. ℣. 1.

(8) P. Flores in 24. Eccleſ. n. 2356.

(9) Pſalm. 35. ℣. 9.

(10) Sapient. c. 7.

(11) Haye hic.

mævo ſuæ Conceptionis inſtanti germanabis. Quis aſt vt (12) aquila in aqua temerſa exardeſcet, vt vno oculo verſus cœlum levato, & alterum in terram depreſo, non tranſeunter, ſed permanenter ſumma imis vniat, cum Patria viąm, Beatitudinem cum via in glorioſa V. Maria? VIR ORNATUS FACE SACRIS PENNIS, quod in anagram. verſum ita dices: PATER JOANNES FRANCISCUS RUIS, qui vt Aquila grandis magnarum alarum Cedri Scoticæ medulam affectus tulit in diſputationem trahens, & Deiparæ honorem, & gloriam in diaphoreſi, ſeu concluſione reſolvit: *DEIPARA ab inſtanti ſuæ Conceptionis Immaculatæ fuit ſimul VIATRIX, & Comprehenſtrix.* Quam Scoto velut ſcuto defendit, & in ipſius Doct. Subt. laudem diffundit, vt ad locum vnde exeunt flumina revertantur, in tantique Magiſtri gloriam cantat.

(12) D.Hieron in Comment.Iſaię

*P. FRAT. JOANNES FERNANDEZ diebus proxime elapſis, ſtagiritæ, ſubtiliſque pabuli Philoſophici diſpenſator.*

Noſter cantet lætabundus cæ-
Dum nobis datus, ac in noſtris na-
Seraphicæ is Familiæ conſigna-
Minorum Ordo modulætur læ-
Suppreſit Scotns jam litigium ve-
Conceptæ ſine labe Vir devo-
Omnibus ob hoc prælium ſemper no-
Tantis in argumentis valdè acu-
Vivat æterne à calumnia tu-
SVBTILIS DOCTOR, AC MARIANVS SCO-

**TUS**

*THALAABIT FLUCTUS FEROS AQUARUM virium Pharos æquarum Neptunus Præſes lympharum amnes contradictionis ſuperans omnes R. P. Fr. JOANNES FRANCISCUS RUIZ, in Sacra Theologia Anagnoſtes celeberrimus, & in Conv. de Algaydas pervigil. Præſul. Die 10. Jun.*

Veſperè.

TER-

# TERRA VLTIMUM ELEMENTUM.

IN amaritudine(1)eſt ſermo meus, dum (2) inveni in terra deſerta, in loco horroris mortis,& vaſtæ ſolitudinis viduam Dominam gentium Minorum Granatenſem Provinciã abſinthio threno lamentantem: (3) *terra, non inveniat in te locum latendi clamor meus*: quia (4) aſpexi terram, & ecce vacua erat (5) habitatore de leto (6)de terra viventium,vt ejus memoria pateat, (7) non ſolum in cœlo ſurſum, ſed in terra deorſum,qui cõſumatus explevit tempora multa.Nec mirum plorans ploret(8)in nocte,& lachrymę ejus in maxilis ejus,cum capite(9)obnupto, & ſpecie triſti ſuſtinentem faciem manuLæva intra amictum in monte Libano Antiqui coluerunt ejulantem, & lachrymantem terram magnam Matrem, epodo accinante Lucretio: (10)

Linquitur, vt merito maternum nomen adepta
Terra ſit, & terra quoniam ſunt cuncta creata.

Vnde cum(11)nihil in terra ſine cauſa fiat, ſi cauſam lamenti,& lachrymarum TellurisMacrobius adducit: (12) *ob receſſum ſolis à noſtro emiſpherio*: quia Princeps, & piiſsimus Patronus ejus (13) traditus eſt in mortem ad terram vltimam, amare (14) luget terra Provincia Illiberitana, terra noſtra turrita,ſeu turrita corona gemmata, quæ & ſi veſtitu nigra vmbra mortis Solis, gratitudine famoſa (15) dabit fructum ſuum, fructum honoris in Sion, ſeu tumulo(16) Mario Calaſio teſte, Heroi tanti D. D. D. DIDACI DE VALENCIA, ET BENAVIDES INCLYTI DE XAVALQUINTO MARCHIONIS, erigens in titulum: (17) *O mors! Mors tua ero*; quia aſpiciens dormientem cum mortuis, quem philebat, tacta dolore cordis intrinſecus ſimilis facta Pelicano ſolitudinis, qui (18) mortuos vivificat, pia recordatione

(1) Job c.23.℣.1
(2) Deut.c.32 ℣.10.
(3) Job c.16. ℣.19.
(4) Jerem.c.4. ℣.23.
(5) Interl. hic.
(6) Iſai. c. 53. ℣.8.
(7) Act.c.2.
(8) Thren.c.1. ℣.2.
(9) Polo tom. 2.n.469.
(10) Lucr.lib.5
(11) Job c. 5. ℣.6.
(12) Macrob.1. Satur c 12.
(13) Ezech.c.31 V.14.
(14) Jerem.c.4. V. 8.
(15) Pſalm. 84. V.13.
Mar-

(16) Mar.Conc Hæbr.tom 4.V.7.
(17) Oſſeæ c.13. V.14.
(18) Picin. lib. 4.c.52.
(19) Idem c.56.
(20) Cic.1 de fin.
(21) Ariſt.1.Meth.& 3.Topic.
(22) Dan. c.10. V.15.

ad vitam revocat, vt ceu de Phœnice, qui (19) perit vt vivat, drenſare valeat:

Dormit, non moritur, ſi & moritur morte revivit,
Et ſempiternum per ſæcula nomen adeptus.

Hujus tam Inclyti, quam Piiſsimi Patroni mortem annunciabit, & funebri orationi commendabit alter Cicero mærentem Terentiam conſolans, & ita alloquens: mæreo caſum ejuſmodi: In cujus dogma ſi (20) *ſapientia eſt vna, quæ mæſtitiam ex animis pellit*, ex mæſtiſsima Angerona procul mærorem pellet ſauda ſua R.P.Fr.Dominicus Lozo Euclides Jubilationis Lauro notus, adhuc in Tertia Cathedra nitens in Reg. S. P. N. Franc. Sacro Granat. Muſæo. Aſt ſi Terminum cæca Gentilitas terræ defixum coluit, & juxta Ariſt. (21) *finem optimum eſſe in vnaquaque re dicimus*, vt mœta procorona fungatur Capitularis Orbis, Daniel repetat: (22) *Dejeci vultum meum in terram, & tacui.*

# FINIS.